



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

I. De Obedientia Christi morientis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

Secundum maximam, & incomparabilem
 earundem virtutum sublimitatem ob
 ponit, quæ ex eo apparebit excellentior,
 illas Redemptor noster inter difficultates
 bissimas exercuerit, cum & ipse, & quidam
 ad eum pertinebat, dignitatis esset incomparabilis
 ob Divinitatem sibi conjunctam.

Tertium exteriorum harum virtutum
 perfectionem exhibet, quæ ex eo præcipue
 quòd ex Charitatis imperio profectæ sint,
 Circumstantiarum apparatu, qui, quidam
 actum est, reddidit excellentissimum. Ex
 denique concludam, quòd, cum statuerim
 lam prætereire occasionem memet humili
 pro Divinæ Gloriæ Augmento, necessariam
 consequens sit, ut JESUM morientem sequi
 & integrè mihi moriar, ut ad harum virtutum
 summam, qua licebit, perfectionem enitar,
 tegrè me impendam, & totum infumam
 pretiosum harum virtutum decus consequatur.

Meditatio.

De Obedientia Christi morientis.

Oratio præparatoria ordinaria.

I. PRÆLUDIUM. Contemplabor Christum
 in horto montis Olivæ, in domo Annæ,

in Prætorio Pilati, & in monte Calvarie, sedulo interim observans, quid ubi viseretur, quidque patiat, ut obedientie mandatis parereat.

II. PRÆLUDIUM. Collocabo me ad pedes Christi Crucifixi.

III. PRÆLUDIUM. Gratiam rogabo cognoscendi Perfectionem Obedientie SALVATORIS, eamque ad ejus imitationem in me quoque exprimendi.

I. P U N C T U M.

Latitudo Obedientie Christi Morientis.

Consideranda.

Infinite quodammodo latitudo fuit Obedientie SALVATORIS nostri, sive effectum ipsum considerare lubeat, sive voluntatem, quam habuit obediendi exactissime. Primum enim omnium generi hominum, nullo penitus excepto, obsecutus est. Sicut igitur interno Voluntatis motu eterno Patri suo obedivit, ita externis etiam personis, ut eidem obtemperaret, subesse voluit, tum illis, quibus aliqua fuit Autoritas, ut Caiaphæ, & Pilato, tum illis, qui ex horum consensu & permissione in eum sæviebant, ut Ministris

Kk

stis

stris Pontificis, Judæis, Prætorianis militibus
 omni genere injuriarum absque imperio in
 lum furentibus. Et si cum Herode loqui re-
 savit, ac de accepta alapa conquestus est, idcirco
 hoc factum est, quod nulla in his actibus DEI
 per hos homines obsequendi occasio fuerit.

Secundò, quidquid imperabatur, executus
 est, & passus, quidquid illatum est injuriarum
 atque ita in effectu nullum admisit finem
 demptoris mei obedientia. Sed longè adhuc
 nùs voluntas habuit limitem. Obtulit enim
 æterno Patri suo ad ampliora supplicia toleran-
 da à pluribus, diutius, & in pluribus etiam
 cis, nullâ in his omnibus usus restrictione.

Affectus.

1. Quàm dignus es, O bone JESU, qui
 sim Obedientissimus dicaris, qui omnibus
 quoad omnia tam sincerè obtemperas. 2. Mi-
 mi JESU, per integerrimam subjectionem ob-
 dientiæ tuæ, ut rebellionem ego meam, & pe-
 vicacem animum tandem erubescam. 3. Dignus
 dignus quidem sum, qui Divinæ Virtutis hujus
 quoquo modo fiam particeps; sed quomodo
 pro infinita Bonitate tua impertire illam de-
 deras humano generi, & in nobis expressam ve-
 dere cupis, en tibi me supplicem & humillimam
 precibus flagitantem, ut ecclestis hujus deo
 pat

particulam aliquam & mihi digneris indul-
gere. 4. Si obediens victorias loquitur, eja mi
ESU, obedientissime Triumphator! refracta-
riam hanc voluntatem meam tibi subjuga,
neque permitte, ut unquam virtutis hujus officii
negligam, quam tanti, ô æterna sapientia,
fecisti, ut tantis eam impensis nos doceres.
Accende in me tam generosum obtemperandi
tibi desiderium, ut nolum, angustam esse dein-
ceps obedientiam meam: sed fac, ut ab hoc
momento, te amandi, & imitandi studio obedi-
re velim omnibus, quoad omnia. 6. En tibi me,
ô bone Jesu, tuisque voluntatibus devotum, ego
na in manibus me tuis pono, sicut te in æterni
tati Patris manus tradidisti. Dispone de me, ut
sanctissimæ tuæ Voluntati placitum fuerit, ob-
temperabo auxiliante Divinâ gratiâ tuâ iis
omnibus, qui potestatis in me aliquid à Divinâ
Providentiâ tua acceperint, quidquid sit, quod
imperaturi sunt.

II. P U N C T U M.

Sublimitas Obedientiæ Christi
Morientis.

Consideranda.

Incomparabilis prorsus fuit sublimitas obe-
dien-

Kk 2

dien.

dientia morientis Filij DEI, utpote exercitia
 rebus omnino difficillimis. 1. In iactura rerum
 omnium, quæ quidem hominum nobis magis
 volentia possint eripi; qualia sunt quies animi
 & corporis, voluptas, honor, & vita. 2. In
 lerantia malorum omnium, quotquot sunt
 quæ homini gravia possunt accidere, quæ
 sunt, corporis, & animi dolores, contemptus
 infamia, malevolentia hominum, &c. 3. In
 nique in conjunctione omnium iacturarum,
 dolorum acerbissimè torquentium, uno
 demque tempore.

Præterea fuit hæc obedientia positivè
 ta ob infinitam obedientis dignitatem, quæ
 lorem infinitum indidit. 1. Minimæ fuerunt
 actionum. 2. Minimo illi bono, cuius iactura
 ultro subiit. 3. Levissimo etiam dolori, qui
 libens passus est.

Affectus.

I. O ardua nimium, & Divina obedientia
 subimitas, æquis pro meritis te æstimasset
 quam, nisi cœleste pretium tuum ex Filij DEI
 subiectione nobis innotesceret! 2. Satis
 que, quid rerum agas, intelligis Sapiens
 Jesu, perdis omnia, ne obedientia decus
 das. Quanti ergo hoc in divino tuo consilio
 3. Quid verò ô bone Jesu, pretiosior ergo ob
 dies

entia sit, quàm Dei-Hominis Vita? Ita reve-
necessè est, ut judicem, postquam te video
obedientiam vitæ tuæ prætulisse. 4. Quaquam
fallor ego, si te vitam tuam perdidisse sentio.
Non perdidisti vitam mi Jesu, sed supremâ il-
lam Perfectione decorâsti: dixisti quidem, obe-
dientiam cibi instar tibi esse, at non minùs dice-
re tibi licuit: Eandem & vitam tibi esse, quan-
doquidem, quidquid vixisti, aliud non erat,
quàm obedientiæ perenne exercitium. Cùm er-
go triumphet nunc in coelis obedientia tua, sa-
ne & vita tua ad perfectionis absolutæ apicem
erast. 5. Vivam mi Jesu, vitâ hâc! nutriatur
anima mea cœlesti hoc cibo, & fac, ut nihil
unquam, ex caducis rebus cum Divino bene-
placito tuo æquare audeam. Moriar sanè milli-
& millies, ut obediam, neque vel momentum
viam, nisi eo fine, ut æternum tibi obsequar.

III. П У Н К Т У М.

Comites Obedientiæ morientis
Christi.

Consideranda.

Fuit Obedientia morientis Filij Dei, etiã
quoad circumstantias, eò usque integra, ut nihil
perfectionis sit, quod non in se complectatur.

Kk 3

Fuit

Fuit enim mansueta, impigra, & plena amoris tenerrimi. 1. Nihil unquam acerbioris animi apparuit in omni Patientis Christi gestu, sed mansuetissimè cum illis ipsis semper egit, à quibus fatales injurias receperat. 2. Ea semper alacritate, & promptitudine obedivit, quasi si delicias invitaretur, quantumcunque gravia essent, quæ imperata sunt. 3. Omnis ipsius obedientia ex infinito amore erga æternum Patrem suum, & ex studio infinito promovendæ eternæ Divinæ Gloriæ profectum est. Atque in nullo inter imperata discrimine, singula eodem amoris spiritu, & affectu excepit; eo fine, ut æterno Patri suo placeret.

Affectus.

1. Intelligo, ô Magister Sapientissime, qualis esse debeat obedientia mea, sed unâ etiam video, quantum ab illa miser adhuc recesserim. 2. Fac, mi JESU, ut ad tuum me penitus exemplar conformem. 3. Erubesco nunc refractaria excusationes, quas, ne obedirem impigre, toties opposui majorum imperiis. Da mihi mansuetudinem illam imitari, cum qua tu, ô bone JESU, velut agnus lupis voracibus obsecutus es. 4. Indignor acerbis animi mei motibus, quibus imperia mihi molestiora excepi, cum ad tui imitationem exultare debueram: sed fac, ut deinceps

ps aliò animus meus , quàm ad voluntatis
teruæ placitum non respiciat, atque ita nun-
quam nisi exultanter obtemperet. 5. Super
omnia autem Divinam Charitatem diffunde
in animo meo, quæ me faciet obedire solo Divi-
næ Voluntatis tuæ intuitu, non ad aliud respi-
ciendo, nisi ad illud Divinæ Gloriæ tuæ bonum,
quod infinita Bonitas tua ex obedientia mea
vult elicere, quidquid tandem sit, quod impera-
tur. 6. Indignus quidem sum, qui unquam ad
hanc favorem pertingam; sed placeat infinitæ
Majestati tuæ, ejus aliquam mihi spem indulge-
re, utpote supplicanti per infinitum meritum
perfectissimæ obedientiæ tuæ.

Colloquium erit cum Patre æterno, rogan-
do ipsum per infinitam complacentiam, quam
ex obedientia Filij sui habuit, ut gratia mihi de-
tur imitandi perfectissimam ejus subjectionem,
&c.

Compendium Meditationis.

De Obedientia Christi morientis.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Breviter totam Christi Pas-
sionem percurram, sequendo ipsum per omnes
K k 4 ejus

ejus stationes; & considerando ubique, quomodo
in omnibus, quæ agit, quæque patitur, obedientiam
exercet.

II. PRÆLUDIUM. Ad Pedes Crucifixi Salvatoris
mei stabo.

III. PRÆLUDIUM. Postulabo gratiam agnoscendi
Perfectionem obedientiæ Salvatoris mei, & illam in summa
perfectione imitandi.

I. PUNCTUM. Obedientia Christi nullam
latitudinem terminos admittit. Obedivit enim
omnibus, quoad omnia, promptus obedire precibus,
quoad plura, & ita æterno Patri gratificatus fuisset.

II. PUNCTUM. Incomparabilis fuit in fine
limitate, qua exercebatur in rebus difficillimis,
in jactura maximorum bonorum, & gravissimorum
dolorum tolerantia, uno eodemque tempore. Fuit item
positivè infinita obedientiam Divinæ Personæ dignitatem,
quæ ab omnibus, omni boni cujuscunque precibus
& curæ, & cujuscunque doloris tolerantia, infinitum
aliquem valorem addidit.

III. PUNCTUM. Omnem, quæ dari potest
perfectionem complexa est, ob circumstantiarum,
quæ comitatæ illam sunt, indolem, quæ
mansueta fuit erga proximum, in se alacris, et
DEUM plena accenso amore.

Colloquium fiet cum æterno Patre cum ro-
gando, ut imitandi gratiam dignetur elargiri
per infinitum gaudium, quod ex obedientia Filij
conceptit.

Meditatio.

De Humilitate Christi morientis.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Videbo Salvatorem meum
in monte Oliveti, in domo Annæ, Caiphæ, &
Prætorio Pilati, in Palatio Herodis, & monte
Calvariæ, attendendo, quid in singulis his locis
patitur, ac patiatur, & advertendo, quòd, quidquid
obovis agit, aut patitur, id omne ex humilitate
fit.

II. PRÆLUDIUM. Ad Pedes Crucifixi mei
Redemptoris me collocabo.

III. PRÆLUDIUM. Gratiam rogabo cogno-
scendi perfectionem humilitatis Redemptoris
mei, eamque ad summum cum ipso apicem
perducendi.

I. P U N C T U M.

Latitudo Humilitatis Christi
morientis.

Consideranda.

Illimitata fuit Humilitatis Filij DEI mo-
rientis.

K k §

rien-